



**Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē**

**Barbosa, Agostinho**

**Lipsiæ, 1697**

Cap. XXXIII. Tristitia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

tam tantum in descendentes. l. un. C. de his qui ante apert. tabul. quia hæc transmissio coheret sanguini. Qui ergo sanguinem non trahunt ab herede, ad illos quoque hereditas non transmittitur. Ita ergo liberi & emancipati accipiunt hereditatem avi à patre suo non aditam, ob elegantem rationem d. l. un.

Limita: modò heres non suus non repudiaverit hereditatem, repudiatio enim excluderet liberos.

## XV.

Quoties decedit heres qualiscunque intra tempora deliberandi, toties hereditatem non aditam transmittit ad quoscunque heredes intra id tempus, quod defuncto supererat, quia cum jus deliberandi ad certum tempus sit concessum, intra illud tempus transmittitur ad quosvis heredes l. 19. C. de jure delib.

Limita: modò heres decedens sciverit sibi delatam esse hereditatem: quamvis si ignoraverit, possint adhuc heredes ejus restitutionem in integrum petere, & ita ad hereditatem admitti. Carpz. P. 3. Const. 14. def. 24.

CAP. XXX.  
Trebellianica.

## Axioma I.

Quoties heredis institutio valet jure directo, toties tota hereditas sine ulla detractioe transit in heredem. Quoties verò valet de jure fideicommissi, toties quarta Trebellianica ab institutis heredibus detrahatur. Ratio consistit in præsumptâ testatoris voluntate, quæ quidem, si quis directo fuerit heres institutus, satis clara est; si verò per fideicommissum, colligitur inde, quòd testator malle censeatur, ut aliquis ex hereditate detrahatur, & ita illa adeatur, quam ut testamentum planè desituatur. Ita igitur si dixerò, Titius heres esto, ipse totam hereditatem capit, secus si Titium heredem institutum rogaverim, ut hereditatem restituat Sempronio. §. 7. Inst. de fideicommiss. hered.

Declaro: ut toties directò valeat, quoties hereditas immediatè capitur à testatore: jure verò fideicommissi, quoties hereditas capitur de manu illius, qui heres est institutus.

## II.

Quoties plures heredes gravati, toties quicquæ suæ portionis quartam detrahare potest. Quia quodcunque juris est in toto, idem juris est in parte.

## III.

Quoties à primo herede gravato quarta Trebellianica est detracta, toties à sequenti detrahi nequit. l. 55. §. 2. ff. ad SCtum Trebellian. Quia una tantum quarta detrahenda, & quia in secundo cessat ratio deductionis, quæ est, ut hereditas adeatur; cum per primum jam sit adita, & ita voluntas defuncti exitum habeat. d. l. 55. §. 2. conf. Zues. ad ff. num. 93.

Declaro: si ergo primus ille sive directus heres non detractâ quartâ totam hereditatem

partemve ejus integram restituerit, quòd casu heres fideicommissarius etiam Trebellianicæ detrahenda jus habet: quasi eo ipso, quòd neglexerit heres directus quartam detrahare, liberalitatem in fideicommissarium exercuerit. l. 1. §. 10. ad SCtum Trebell.

## IV.

Quodcunque juris est in amittendâ Falcidâ, idem juris est in amittendâ Trebellianicâ, quia Falcidia & Trebellianica quoad paria judicantur exceptâ computatione.

Limita, nisi (1.) diversa utrobique subsit ratio, (2.) nisi contrarium expressè in jure reperitur atur decilum.

CAP. XXXI.  
Tribulatio.

## Axioma I.

Tribulatio à Deo immititur ad vitutis augmentum, cap. adversitas 7. quest. 1. cap. in cunctis 11. quest. 5. & ad puniendum crimen commissum, can. sunt plurimi 6. quest. 1. c. cum percussio 7. quest. 1.

## II.

Tribulatio facit mundi honorem contemnere, c. displicet. in med. 24. quest. 4. & ad bonum festinare, c. qui peccat. in fin. d. quest. 4.

CAP. XXXII.  
Tributum.

## Axioma I.

Tributa sunt onera fructuum, l. 7. §. 2. verb. hactenus. ff. de usufr. l. 13. ff. de impens. in rem dot. fact. & offeruntur ratione possessionis privati soli, l. 2. l. fin. C. sine cens. Welenb. de publican. & vestigal. num. 4. cap. omnis 2. extr. de censib. cum sint testimonia subjectionis, quæ Regibus & Principibus debentur, vid. latè Petr. Martyr. loc. commun. class. 4. cap. 2. de Eccles. immunit. num. 10. & cap. 13. de Magistrat. dist. civil. & Eccles. potest. num. 23. Cluten. in disp. de vestigal. ibes. 15.

## II.

Ab omni tributo debet immunis esse Ecclesia, cap. 1. extr. de censib. Tributum tamen Ecclesia Imperatori non debet denegare, c. si tributum. 11. quest. 1. sicut etiam ab ea licitè datur, intuitu scil. pacis, can. quid culpatur. in med. 23. quest. 1. intuitu subjectionis, can. magnum. 11. quest. 1. & obtentu longæ consuetudinis, can. quæsitum, in fin. 1. quest. 3. add. & Matth. 22. vers. 21. Paul. ad Roman. 11. v. 7. l. si divina §. C. de exaction. tribut. Novell. 131. c. 5. vid. Chemnit. in harmon. Evangel. cap. 91. num. 4. Arnst. de exempt. Cleric. cap. 3. Ambros. in epist. ad Auxent. Cluten. in diatrib. de Novo. Justin. 15. in parerg. & in fascicul. impiet. juris Canonici. ibes. 26.

CAP. XXXIII.  
Tristitia.

## Axioma I.

Tristari nullus debet pro sua, nec pro suo-

rum morte, *can. quam preposuerunt* 13. *quest. 2.*  
quia aliis videretur de spe resurrectionis dubitare, *can. ubicunque. d. quest. 2.*

II.

Consulendum est his qui tristitia suae solatium merentur, *l. unio. in fin. C. de his que ante apert. tab. vid. Cujac. in prefat. Novell. ubi tristitia consili lectione bonorum Auctorum tradit.*

CAP. XXXIV.

Tueri.

Axioma I.

Tueri Magistratus Ecclesiam cogitur, *cap. in singulis 7. extr. de stat. Monachorum.*

II.

Tueri quis se potest privilegio vel prescriptione; non simul conjunctive, *cap. penult. extr. de religio.*

III.

Tueatur nisi quis jura, parum est ea concedere, *cap. ubi 3. §. praeerea de Electionib. in 6.*

CAP. XXXV.

Turbare, Turbatio.

Axioma I.

Turbare dicitur, qui se iudicio opponit. *Bart. & Dd. in l. 1. §. huius uti possidet. l. si prius quam 15. ubi Jafon de oper. nov. nunc. Lopus alleg. 65. §. 72. Afflict. decis. Neapolit. 394. Paris. conf. 122. nullitas. num. 6. libr. 9. Wesenb. 2. conf. 58. num. 20. Faber in §. retinenda. num. 16. & ibid. Angel. num. 3. Institut. de interdict. Panorm. in cap. audita, extr. de restit. spoliat. num. 8. Proprietatem turbare is demum dicitur, qui non potest re libere uti. *l. vim facit. n. de vi & vi armat. Wesenb. confil. 345. num. 85. pag. 1622.**

II.

Turbatio non committitur verbis, sed facto, *Faber in §. retinenda. num. 11. Institut. de interdict. Est enim actus facti. Jafon & Dd. in l. si prius de oper. nov. nunc. Ubi autem facto opus est, verba non sufficiunt, l. Julianus 13. §. offerri §. de action. empt. l. peculii 4. §. ult. ff. de pecul. qua de causa qui minatur tantum turbationem, nec ultra verba progreditur, potius actione injuriarum, quam de vi tenetur, c. querelam 34. de elect. l. injuriarum. 13. §. ult. de injur. l. qui pendentem. §. 25. ff. de act. empt. Wesenb. 1. confil. 33. num. 24.*

III.

Turbata voluntas non excusat, c. *Matthias 23. extr. de simon.*

IV.

Turbata possessio absentis restitui debet, c. *un. extr. de Cler. peregr.*

CAP. XXXVI.

Turpe, Turpitudine.

Axioma I.

Turpe à iudice non est admittendum, l. cum profitearis 4. C. de revocand. donat. l. si creditoribus 5. de serv. pign. dat. l. filios 4. Cod. de iis que

in fraud. creditor. c. inter dilectos. §. de donat. Alex. confil. 38. col. 1. vol. 2. Vult. 3. conf. Marpurgens. 18. num. 205. Non debere iudicem admittere postulationes inverecundas, hinc notant Graci in l. 5. §. ult. de usur. Cujac. *quest. Pa. pin. 16. pag. 564. C.*

II.

Turpitudinem suam nemo revelare cogitur, c. dudum 54. de electionib. Bald. in l. 2. §. quod observari. C. de iurejurand. propter calum. Idem. in l. 1. C. quomod. & quand. iudex. Angel. in l. Marcellus. ff. ver. amot. qua de causa nec positioni criminosa respondere quis tenetur, ne cogatur detegere suam turpitudinem, Speculat. in tit. de posit. §. septimo, vers. 19. num. 40. Bart. in l. qui turbasse. §. si pater. ibique Alex. & Jafon ff. de iurejur. Panorm. in cap. 2. num. 16. de confess. Natt. in repet. elem. sape. §. 5. quia col. 7. de V. O. Dec. in l. fin. num. 6. C. de edendo. ratio, quia se ipsum nemo prodere cogitur. *cap. officii 9. de penit. & remiss. Covar. ad cap. peccatum. p. 1. in princip. num. 2. de Reg. Jur. praesertim si id fiat. extrajudicium. Bald. in l. 2. col. fin. C. de exhibend. reis. Gloss. & Angel. in l. ampliore. in princ. C. de appellat. quos refert & sequitur Natt. in d. §. col. 7. vers. & fallit secundo. add. Vult. 1. confil. Marp. 15. num. 237.*

III.

Turpido personae non excludit à beneficio juris communis, Decius in l. procurator. in fin. C. de edendo. Boekel. de publ. judic. disq. 5. n. 9. Exemplum vid. in l. si praedia 58. ff. de donat. int. vir. & uxor. Ubi donatio inter concubinam & concubinarium est permilla, Joseph. Ludov. conclus. 25. Peregrin. tit. 9. num. 4. lib. 2. de iure ff. nec interest concubinae, an uxori quis relinquat l. 49. §. 4. de leg. 3. imò saepe melioris est conditionis, quam uxor, Castr. in l. donationis num. 3. Alciat. in l. Masurius de V. S. Joh. Bernh. Diaz. in pract. vers. concubinarium.

IV.

Turpis promissio non est obligatoria, c. de reslanda 2. de concess. praebend. in 6. Turpes tamen & impossibiles conditiones favore matrimonii pro non adiectis habentur, nisi sint contra substantiam matrimonii: quia tunc viciant matrimoniam. c. 1. & ult. extr. de condit. & apposit.

V.

TURPITUDINEM vel dolum suum allegans non auditur, l. mercalem 5. C. de condit. ob turpem causam. l. transactiones 26. C. de transactionib. l. si creditoribus 5. ubi Gloss. Cod. de servo pign. dat. l. cum profitearis 4. Cod. de revocand. donat. cap. inter dilectos 8. de donat. Exornant latè Signorol. de Homod. conf. 180. Si queratur. Socinus conf. 264. num. 8. lib. 2. Ruinus confil. 194. num. 11. & 12. lib. 1. Cravett. in quest. de indemn. mul. num. 33. & conf. 106. num. 12. Rot. Lucens. decis. 14. num. 31. Bernhard. reg. 24. vers. quinto. Tiraquell. de retractu lig. §. 1. gloss. 18. num. 20. & 24. cum seq. &

(Hh) 4